

Pinus Thunbergiana
et
Pinus Clusiana var. corsicana

JOÃO DO AMARAL FRANCO
Instituto Superior de Agronomia Assistente

In Flora Japonica (1784) cl. *Thunberg* japonicarum pinorum quinque species descripsit, quibus nomina a Linnaeo in 1753 fundata sed aliis speciebus pertinentes imputavit. Inter primas, species est ab japonicis *Kuromatsu* dicta quae *Thunberg* ab errore *Pinum sylvestrem* L. denominavit et ab hac sequentibus characteribus bene distincta: cortice atrocinereo cito in squamis porrectis fisso, ramis crassioribus, gemmis albis eresinosi, foliis squamiformibus in ramis biennibus vel quadriennibus seorsum solventibus, foliis linearibus rigidis crassioribus 6-12 cm longis hypodermate evoluto et canalibus resiniferis centralibus, pinea majore et seminis 5-7 mm longis.

Siebold et Zuccarini (1842) *Kuromatsu* ut species a *Lambert* (1803) *Pinus Massoniana* denominata aestimaverunt, sed *Pinus Massoniana* vera in Sina austro-orientale sponte crescit et ab japonica specie differt foliis squamiformibus esolventibus, foliis linearibus majoribus (12-20 cm) tenuissimis hypodermate subnulo et canalibus resiniferis marginalibus, pinea paullo majore et angustiore.

Parlatore (1868) primus fuit qui *Kuromatsu* ut species distincta recognovit et *Pinum Thunbergii* eam nominavit in honorem Caroli Petri *Thunberg*. Tamen modo invenimus nomen *Pinum Thunbergii* a *Lambert* anno 1824 ad alteram speciem propositum. Re ipsa *Lambert* (*A Description of the Genus Pinus* ed. 1, II: pref. v) scribet: «Having lately seen drawings done by Japanese artists of the *Pinus Abies* and *Larix*, noticed by *Thunberg* in the *Flora Japonica*, I am now fully satisfied of their being perfectly distinct from the European species, with which

Thunberg has confounded them, as I had at first suspected. For the former I would suggest the name of *Pinus Thunbergii*; and for the latter, noticed by Kaempfer, that of *Pinus Kaempferi*.» *Pinus Thunbergii* *Lamb.* verosimiliter multo *Piceae politae* (*Sieb. et Zucc.*) *Carr.* synonymum est, unde jam proposita combinatio *Piceae Thunbergii* (*Lamb.*) *Aschers. et Graebn.*, sed ad confirmationem argumenta decretoria in hodiernum non sunt. Ob anteriorem synonymum *Pinum Thunbergii* *Lamb.* (1824), *Pinus Thunbergii* *Parl.* (1868) ante art. 16 *Nomenclaturae Botanicae Legium* (1935) nomen illegitimum est. Pro *Pino Thunbergii* *Parl.*, ante art. 70 § 4 *relatarum Legium*, *Pini Thunbergiana* nomen proponimus, nomen quod aequaliter illustrem suum botanicum et Linnaei discipulum commemorat.

***Pinus Thunbergiana* Franco, nov. nom.**

Pinus sylvestris L. sec. *Thunb.*, *Fl. Japon.* 274 (1784); non L. (1753).

Pinus Massoniana *Lamb.* sec. *Sieb. et Zucc.*, *Fl. Japon.* II: 24, t. 113, 114 (1842); non *Lamb.* (1803).

Pinus Thunbergii *Parl.* in *DC. Prodr.* XVI (2): 388 (1868); non *Lamb.* (1824).

Pinus Thunbergiana *Franco*, quae ex Japoniae speciebus ligni pretiosior et in japonicis hortis sub formas nanas valde culta, subsequentes formas cultas continet:

1. ***Pinus Thunbergiana* for. *monophylla* (*Endl.*) *Franco*, nov. comb.**
Pinus Massoniana [var.] σ *monophylla* *Sieb. et Zucc. ex Endl.*, *Syn. Conif.* 174 (1847).
2. ***Pinus Thunbergiana* for. *variegata* (*Endl.*) *Franco*, nov. comb.**
Pinus Massoniana [var.] β *variegata* *Sieb. et Zucc. ex Endl.* loc. cit.
3. ***Pinus Thunbergiana* for. *Oculus-draconis* (*Mayr*) *Franco*, nov. comb.**
Pinus Thunbergii var. *Oculus draconis* *Mayr*, *Monogr. Abiet. Jap. Reich.* 89 (1890).
4. ***Pinus Thunbergiana* for. *tigrina* (*Mayr*) *Franco*, nov. comb.**
Pinus Thunbergii var. *tigrina* *Mayr* loc. cit.

5. **Pinus Thunbergiana** for. **globosa** (Mayr) Franco, nov. comb.
Pinus Thunbergii var. globosa Mayr loc. cit.
6. **Pinus Thunbergiana** for. **tortuosa** (Mayr) Franco, nov. comb.
Pinus Thunbergii var. tortuosa Mayr op. cit. 90.
7. **Pinus Thunbergiana** for. **pendula** (Mayr) Franco, nov. comb.
Pinus Thunbergii var. pendula Mayr loc. cit.

*

*

*

Pinus Clusiana Clem. ex Arn., Ad. Agr. Gen. Herrera II (3): 404 (1818).

var. **corsicana** (Loud.) Franco, nov. comb.

Pinus Laricio Poir. in Lam., *Encycl. Méth. Bot.* V: 339 (1804);
non Santi (1795).

Pinus Laricio [var.] l. corsicana Loud., *Arbor. et Fruticet. Brit.*
IV: 2201 (1838).

Pinus Laricio [var.] α . Poiretiana Ant., *Conif.* 6 (1840).

Pinus Laricio [ssp.] a. Poiretiana Endl., *Syn. Conif.* 178 (1847).

Pinus nigra Arn. var. Poiretiana (Ant.) Aschers. et Graebn., *Syn.*
Mittleurop. Fl. ed. 1, I: 214 (1897).

Pinus Laricio f. Poiretiana (Lambert) Antoine ex Ronn. in *Verh.*
Zool.-Bot. Ges. Wien LXXIII: 129 (1923).

Pinus nigra f. Poiretiana (Ant.) Palib. in *Bull. Appl. Bot. & Pl.*
Breed. XVIII (2): 7 (1927-28).

Pinus maritima Mill. ssp. Laricio (Poir.) O. Schwz. in *Notizbl.*
Bot. Gart. Berlin XIII (117): 239 (1936).

Pinus nigra ssp. Laricio (Poir.) Franco, *Dendr. Florest.* 56 (1943).

Pinus Clusiana var. Poiretiana (Lamb.) HV. in *Berich. Schweiz.*
Bot. Ges. LVII: 152 (1947).

Cl. Huguet del Villar (1947) Pinum Clusianam Clem. ex Arn. (1818) in substitutionem Pini nigrae Arn. (1785) nom. prov. et P. Laricionis Poir. (1804) non Santi proposuit. Ille Corsicae pinum ut

Pini Clusianae varietas sic aestimavit: «var. *Poiretiana* (Lamb. 1928) Ant. (1840) sub *P. Lar.* = *P. Laricio* Poir. (1804) str. s.» Autem notandum est quod Lambert (1824, 1828 et 1832) epithetum *Poiretiana* nunquam adhibuit. In citatione supra, annum 1928 plane typographicus error pro 1828 est.

In varietatis statu, Corsicae pinus legitime primo *Pinus Laricio* var. *corsicana* Loud. (1838) denominata est et hinc novam combinationem quam proponimus.

Calabriae pinus varietate nostra valde affinis videtur et forsam eadem. *Pinus Laricio* var. *calabrica* Loud. (1838) nomen nudum est.